

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Diurnale chori Sive Horae diurnae Breviarii Romani

[S.l.], 1745

De Differentia Notarum Designatarum per hoc Diurnale [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-139978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-139978)

functorum potest fieri officium de festo duplici minori, sed Missæ sunt celebrandæ de Requiem. S. R. C. 1686. & 27. Sept. 1696. & 19. Junii 1700. & 5. Maij 1736.

Quid faciendum, si in fine anni aliqua festa celebranda supersint?

Officia Sanctorum, quæ in fine anni supersunt, non sunt transferenda ad annum sequentem, sed quoties toto anni decursu de illis celebrari non valeat, tunc in illo anno diebus eorum propriis consideranda sunt tanquam *simplicia*, faciendo illorum commemorationem cum nona lectione composita ex omnibus lectionibus propriis secundi nocturni ad modum unius. S. R. C. 26. Novembr. 1735. hoc idem decrevit die 8. Mart. 1738.

De Differentia Notarum Designatarum per hoc Diurnale Chori, observandarum.

UT autem Cantus ritè observetur, cognoscenda est differentia, quam habent Notæ musicæ, quæ diversimodè designatæ per totum Diurnale reperiuntur. Notæ autem sunt hujusmodi. ■◆■

Hæc Nota ■ vocatur brevis, cui subjecta syllaba, ita profertur, ut in canendo tempus unum insumatur.

Hæc ◆ dicitur semibrevis, & syllaba quæ sub illam cadit, celerius est percurrenda, ut dimidium unius temporis impendatur.

Hæc altera ■ quæ longa est, paulò tardiùs proferenda est, adeò ut in canendo tempus unum, & dimidium insumatur. Atque hoc est discrimen, quod

quod habent notæ Musicæ, quas etiam hâc figurâ
hîc describere visum fuit expedire, tum quia diffe-
rentia illa supradicta tota tribus his notis compre-
henditur, tum quia etiam in antiquis & recentiori-
bus libris hæ solùm reperiuntur.

Illud postremò advertendum est, quòd licet
Cantus tam dici festivi, & solemnns, quàm serialis,
iisdem notis designatus in Diurnali reperiretur; ta-
men, quo dies erit solemnior, eo majori cum gravi-
tate, & dignitate in canendo vox sustentanda, &
moderanda est. Et hoc servandum est tam ab Heb-
domadario, & Cantoribus, quàm à Celebrantibus,
& Assistentibus in omnibus, quæ eis canenda oc-
currunt. Ordinem pro Hymnorum varietate
servandum in fine Diurnalis
reperies.

HYM-